


Verzeichniß der Lectionen welche bevorstehenden ... in den verschiedenen Classen des Güstrowischen Gymnasii werden gegeben werden : womit zu der ... anzustellenden Schulprüfung alle resp. Gönner, Beförderer und Freunde dieses Gymnasii mit gebührender Ehrerbietung einladet Adolph Friedrich Fuchs ...


Sommer 1793

1793

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn881414107>


Band (Zeitschrift) Freier  Zugang





MK-9453. (2)





CONSPECTVS
LECTIONVM

IN
GYMNASII GVSTROVIENSIS
DIVERSIS CLASSIBVS
PER INSTANTEM AESTATEM
TRACTANDARVM

QVO
VT ADESSE VELINT
EXAMINI

D. VIII. ET IX. APRIL.


LOCO ET TEMPORE SOLITO INSTITVENDO
PATRONOS AC FAVTORES
REI SCHOLASTICAE

INVITAT ATQVE ROGAT
ADOLPHVS FRIDERICVS FVCHS
PROFESSOR ET GYMNASII GVSTROVIENSIS
RECTOR.

*Praefationis loco ex locis Evangelistarum ostenditur, quomodo in scriptis
Apostolorum oriri potuerit ille de reditu Christi duplex sermo.*

ROSTOCHII,
EXCVDEBAT CHRISTIANVS MÜLLER.

1793.



CONSPECTVS
LECTIONVM

IN

GYMNASII GUSTAVIANI
DIVERSIS CLASSIBVS
PER YESTANVM ANNO 1748

AB

1748

AD

EXAMINI

IN


PHILOSOPHIAE


LOGICAE

1748

AD

AD





Duplicem in sacris literis mentionem occurrere adventus, seu potius reditus Christi, unam, qua Christus dicatur post non ita longum tempus rediturus esse, alteram, qua reditus Christi rejiciatur ad consummationem mundi, illaque Apostolos ad consolandos Christianos, hac ad fovendam ipsorum fiduciam ac probitatem uti, sic puto inter omnes constare, ut, ni docere possim, quomodo Apostoli atque priorum seculorum Christiani adventum illum ipsum sibi cogitaverint, de qua tamen re differere spirituosissimum est, singulosve in hac re positos locos accuratius recenseam, reliqua, qualiacumque sint, praesertim si in generalioribus subsistant, non nostris, ab exstructa scientiarum mole ad excolendam eandem conversis temporibus videantur accommodata esse. Unam



tamen animadverto quaestionem esse, in qua et lectores videam libenter immoratorios esse, et quae limitibus harum paginarum facile comprehendi possit, illam nimirum:

Quomodo ortus sit in sacris literis ille de reditu Christi duplex sermo?

In qua explicanda, ni pariter omnibus satisfaciam, id fatebor me consolaturum esse maxime, quod, sive sic, sive aliter res accipiat, auctoritatem credam Christi Apostolorumque defendi satis posse.

Primum autem est, ut inter Evangelistarum atque Apostolorum distinguam scripta. Nam ni recte illa ad haec comparentur, dubito, an ex posterioribus folis, imo ex tota Christianismi historia adferri quidquam possit, ex quo, cur Apostoli de reditu Christi duplici modo loquantur, satis explicetur: *) at iisdem accuratius consideratis, efficitur saltem, cur *potuerit*, nisi quoque cur *debuerit* illa duplex locutio oriri. Quare in his explicandis comparandisque tota argumenti tractatio posita erit.

Observa-

*) Dicit quidem potest, eos, qui primis temporibus amplexi sunt christianam religionem, ex Iudaismo attulisse illam vulgatissimam de Messia in teris regnatura opinionem; jamque, cum opinionem istam Christus morte sua frustraasset, facile deducos esse, ad sibi persuadendum, Christum, qui certe sit Messias, quam spem in vita non expleisset, deinceps certe expleturum atque, ad instruendum illud ipsi debitum regnum, suo tempore esse reversurum. At enim quis non credat, mortem Christi eorum animis potius eximere debuisse istam opinionem, quam tantummodo in novam formam mutare, nisi accesserit alia ratio: quae quidem est, quam quaerimus, quamque in ipsis Evangelistarum scriptis reperiri putamus.

Observamus igitur, Christum jam *Matth. XVI.* cum discipulis suis demonstrasset, multos sibi cruciatus imminere, imo se crudelissima morte adfectum iri, at resurrecturum tamen tertio die, cumque iisdem praedixisset eadem oratione, quid ipsis quoque expectandum esset, suscepta scilicet sua quemque cruce, sese imitari oportere, atque in hac imitatione propter aeternam salutem, quam ipse daturus sit, perdurare, in eadem tandem oratione sic adiecit: *esse quosdam adstantium, qui mortem non sint ante experturi, quam filium hominis adventare vidissent in regnum suam. v. 28.* Ubi quidem, ni quoque reliquus contextus Christum doceat hisce verbis intelligi voluisse de amplificatione regni sui, ex qua judicari possit, illud quoque, quod de futura retributione bonarum malarumque actionum praedixisset, vere eventurum esse, ex loco saltem parallelo *Marc. IX, 1.* id sequitur, quo tempore conscripta sint Evangelia, istas locutiones: *filius hominis adventat in regnum suum, et regnum Dei cum efficacia adventat h. e. valde augetur, eandem vim habuisse *)*. Alio modo Apostolos eadem verba, dum Christus vivebat, accepisse, vix potest dubium videri, si comparetur *Matth. XX, 20* sqq.

Ita ignari erant boni discipuli rerum divinarum, ut, cum iam mors Christi adpropinquaret, orta inter ipsos de principatu in regno ipsius contentio hisce Christi verbis locum daret: *Profusus, quod apud gentes videant, potentiores imminere minoribus, id de-*

A 3

bere

*) Nam quaeri quidem potest, quibus Christus usus sit verbis, illisne, quae apud Matthaeum leguntur, an iis, quae apud Marcum inveniuntur. Hoc saltem liquet, alterutrum Evangelistarum non verba, sed mentem tantummodo orationis Christi adposuisse; ex quo, quod de synonymia istarum phrasum propositum est, certissime sequitur.

bere ab ipsis alienum esse; potius modestissimum quemque inter ipsos in summo honore fore; suo exemplo, qui non, ut claro uteretur ministerio, venisset, sed ut vitam poneret pro quocumque. Atque ne sic quidem Apostolorum menti erutam esse illam inveteratam de Christo in terris regnatura opinionem, ex notissima Christi e mortuis resuscitati, imo mox in coelum adscensuri compellatione: *Num hoc tempore restitutus esset Israelitarum regnum?* Act. I, 6, patet. Quod quidem notasse, eo valebit, ut jam nunc intelligatur, si quam aliam Christus adhuc ante illud tempus injecerit reditus sui mentionem, nec eam Apostolos putandos esse recte percepisse.

Atqui revera talis occurrit oratio Christi, loco illo nobilissimo *Matth. XXIV, 1. sqq.* Significaverat Judaeis *Cap. XXI, 33 — 46.* aperta illa de vineo parabola, et quid sibi videat ab ipsis imminere, et quam ipsi perfidiae daturi sint poenam; perstrinxerat *Cap. XXIII.* gravissimis verbis cum reliquum Pharisaeismum, tum quod rabiem maiorum suorum in occidendis prophetis adhuc sint superaturi *v. 32;* atque sic sensim deflexerat ad descendendam Hierosolymam, ad quam sustinendam saepissime extendisset manus suas, addita, quod prorsus noloissent salvari, illa comminatione: *futurum esse, ut domus h. e. templum, imo forte tota respublica ipsorum evertatur;* nec, qualem se ad hoc tempus saepissime experti essent, talem se ipsis in posterum adpariturum; *non ante illos sese esse visuros, quam in solemnissimo illo reditu, quisquis spem suam in ipso collocasset, acclamaturus sit: Benedictus qui venit in nomine Domini.*

Prorsus quamquam diversa erant, quae Jesus de excidio urbis, quaeque de suo reditu praedicarat, discipuli tamen, Judaeorum

ram in hoc opinionem sequentes, qui templum arbitrabantur ad finem mundi perduraturum esse, aut illud ipsum, quod Jesus *Matthi. XVI.* de reditu suo iniecerat, perperam huc trahentes, utrumque in idem tempus conferebant. Attoniti utraque re; maxime tamen eo, quod de everfione templi audiffent. Quare regressi cum Christo in montem olivarum, unde in urbem templumque largus prospectus patebat, cum miseratione quadam templum ipsi intuentes, Christum idem adfpectare jubent: *Tantamne molem, in qua quidquid ars, quidquid magnificentia possit, expertae essent, penitus everfum iri?* Jam cum Christus idem iterum adfirmasset, cui mirum videatur, eos, remotis arbitris, Christum sic compellavisse: *Dic nobis, Domine, quando haec sunt futura? quando tu ipse rediturus es? quando vastabitur templum, quod tamen credimus non ante mundi finem defecturum?* Interrogatio sane, si sic accipiatur, ut quidem accipi potest, et a plurimis accipitur, a mente Christi satis aliena; siquidem, quod Christus nullo modo commutari vellet, in unum miscet; quaeque, si Christus, ut alibi, quantum posset, accommodare sese ad mentem Apostolorum vellet, talem orationem necessario requirebat, qualis est, quam *Matthaeus XXIV. et XXV. capp.* habet h. e. in qua cum propriis verbis impropria, per accommodationem, conglutinentur, quaeque sic comprehendi possit:

„Quod ego, egredientibus vobis e templo, dixi, me rediturum esse, vos, mei discipuli, videmini de everfione urbis ac reipublicae Judaicae intellexisse, quasi ad hanc ipsam dixissem me rediturum esse, reditusque ille meus coincidat cum ista calamitate.
 „Scitote igitur, reditum illum, in quo dixi bonum quemque mihi acclamaturum esse: *Benedictus est, qui venit in nomine Domini,*
 „spectare



„spectare ad istum solemnissimum actum, quem quidem saepissime in-
 „digitavi Jo. V, 22. VI, 44. mortuorum resurrectionem atque ju-
 „dicium extremum. Veruntamen et ad irrogandam Judaeis, ex-
 „cidio urbis suae luendam poenam, si ita vultis, quodammodo re-
 „dibo, et hujus reditus h. e. ingruentis calamitatis, etiamsi ipsa
 „hora lateat, vobis certissima signa denuntiabo. cap. XXIV, 4 —
 „XXV, 30. Longe alia est ejus reditus ratio, qui tunc accidet,
 „quando desinent omnia; atque etiam de hoc pauca vos docebo. cap.
 „XXV, 31 — 46.“

Atqui exinde invaluisse videtur ille de reditu Christi duplex
 fermo. Quid ita? Saepissime Christus adfirmaverat, se ultimo
 die mortuos resuscitaturum esse, quam quidem rem vix unus alter-
 que credendus est eo tempore absque praesentia ejus, qui tantum
 opus editurus sit, cogitare potuisse; porro idem aliquando de in-
 crementis regni sui, translato sermone, ita disseruerat, ut sese in
 illud adventurum esse, dixisset; accedit, quod, cum iterum in eo-
 dem sermone reditus sui mentionem fecisset, illius scilicet sole-
 nis, in fine seculorum, et everisionis reipublicae Judaicae, ad quae-
 sitionem discipulorum, quo sit, quasi ad eandem rem spectet,
 utrumque tempore futurum, loquelam Apostolorum imitatus erat:
 Jam si adsumas, quicumque deinceps ex Judaeorum gente ad chri-
 stianam transferint religionem, eandem ad eam, quam olim Apo-
 stolos, attulisse de Messia in terris regnatura opinionem; nihil,
 quod tamen absque invidia dictum volo, in se ipsa repugnantiae
 habentem, nec orationi Christi omnimode adversam; sequitur, fa-
 cilius ex hisce omnibus intelligi posse, cur invaluerit de reditu
 Christi ille duplex fermo, quam, si idem non invaluisset, ejus
 rei reddi ratio posset. Apostolos vero, quis aegre ferat, et post
 Christum

Christum e terris sublatum, apud Christianos tulisse illam, nisi opinionem, saltem loquendi ambiguitatem. Prudentioribus saltem Christianis post excidium Hierosolymae atque ex ipso, ad recte intelligendum, quidquid Jesus, dum viveret, de reditu suo perhibuisset, certissima lux adfulsit. Ego vero, si quis vel iis tantum, quae de serie cogitationum in illa nobilissima oratione Christi *Matth. XXIV. et XXV.* adpersi, ad rectius intelligenda illa obscuriora capita utatur, non absque fructu, hoc, quidquid est, scriptum putabo.

Sequuntur nomina eorum Juvenum, qui e subsellibus nostris hoc termino sunt in academiam adscensuri: 1) *Volrath Adolphus Bernhardus Studemund*, Ramboviensis, 2) *Jochimus Henricus Matthias Schüler*, Gultroviensis, 3) *Christophorus Fridericus Engel*, Krizkoviensis, qui omnes operam daturi sunt Theologiae, 4) *Henricus Ditericus Ludovicus Krüger*, et 5) *Gustavus Augustus Henricus Krüger*, Gultrovienses, fratres, Jurisprudentiae, 6) *Joannes Christianus Ludovicus Wredow*, Parumensis, 7) *Ludovicus Gottlieb Lehmann*, Teteroviensis, Theologiae, 8) *Georgius Petrus Weber*, Graboviensis, Medicae Arti operam daturi. Quibus quasi jam nunc dimissis adponitur in remanentium usum

B

Conspectus

Conspectus lectionum per aestatem tractandarum.

	Lunae.	Martis.	Mercurii.	Jovis.	Veneris.	Saturni.
VIII—IX.	1) <i>Quarta Relig. Classis.</i> Catechism. 2) <i>Tertia</i> — — Catechism. 3) <i>Secunda</i> — — Seileri Comp. 4) <i>Prima</i> — — Dictat.	<i>Omnia</i> ut Lunae die.	1) <i>Quarta Relig. Classis.</i> <small>Hilf. Bibl.</small> 2) <i>Tertia</i> — — <small>Hilf. Bibl.</small> 3) <i>Secunda lat.</i> Ovid. 4) <i>Prima lat.</i> Praxis styli lat.	<i>Omnia</i> ut Lunae die.	<i>Omnia</i> ut Lunae die.	<i>Omnia</i> ut Mercurii die.
IX—X.	1) <i>Element. Cl. Rochovii lib.</i> 2) <i>Technologia.</i> 3) <i>Quinta lat.</i> Esmarch. 4) <i>Quarta</i> — Gedicke. 5) <i>Tertia</i> — Select. hist. 6) <i>Secunda</i> — Sel. Cic. Epp. et Oratt. 7) <i>Prima</i> — Cic. de Divin.	<i>Omnia</i> ut Lunae die.	1) <i>Element. Cl. Rochovii lib.</i> 2) <i>Manuductio ad conscrib. Epp.</i> 3) <i>Quinta lat.</i> } ut lun. d. 4) <i>Quarta</i> — } 5) <i>Tertia</i> — Exercitia. 6) <i>Secunda</i> — Exercitia. 7) <i>Prima</i> — Horat. Sat.	1) <i>Element. Cl.</i> 2) <i>Technologia</i> 3) <i>Quinta lat.</i> } ut Lun. d. 4) <i>Quarta</i> — } 5) <i>Tertia</i> — } 6) <i>Secunda</i> — Curtius. 7) <i>Prima</i> — Tacitus.	<i>Omnia</i> ut Jovis die.	<i>Omnia</i> ut Mercurii die.
X—XI.	1) <i>Secunda arithmetica.</i> 2) <i>Prima</i> — — 3) <i>Secunda mathematica.</i> 4) <i>Prima</i> — —	1) <i>Calligraphia.</i> 2) <i>Quarta geographica.</i> 3) <i>Tertia</i> — — Fabri. 4) <i>Secunda</i> — — Fabri. 5) <i>Prima scientiar. Logica.</i>	1) <i>Calligraphia.</i> 2) <i>Secunda arithmetica.</i> 3) <i>E scient. nat. maxime necessaria.</i> 4) <i>Plinii Epp.</i> 5) <i>Secunda hebraica Gen. et aliqui Psalmi.</i> 6) <i>Prima</i> — <small>Psalmi.</small>	<i>Omnia</i> ut Lunae die.	<i>Omnia</i> ut Martis die.	<i>Omnia</i> ut Mercurii die.
XI—XII.	<i>Musica.</i>	1) <i>Prima arithmetica.</i> 2) <i>Musica.</i>	1) <i>Musica.</i> 2) <i>Prima aesthetica.</i>	ut Lunae d.	ut Lunae d.	1) <i>Musica.</i> 2) <i>Fundament. hebr.</i> 3) <i>Prima aesthetica.</i>
II—III.	1) <i>Calligraphia.</i> 2) <i>Quarta geographica.</i> 3) <i>Gram. ling. vern.</i> 4) <i>Secunda histor. Vet. hist.</i> 5) <i>Prima</i> — Nov. hist.	1) <i>Quarta histor.</i> 2) <i>Tertia</i> — 3) <i>Secunda aesthet.</i> 4) <i>Prima hist. ead. scient. Hist. liter.</i>		<i>Omnia</i> ut Lunae die.	<i>Omnia</i> ut Martis die.	
III—IV.	1) <i>Tertia hist. natur.</i> 2) <i>Secunda</i> — — Baumann. 3) <i>Fundamentalis graeca.</i> 4) <i>Tertia graeca.</i> Gedicke. 5) <i>Secunda</i> — Odyss. 6) <i>Prima</i> — Ilias.	<i>Omnia</i> ut Lunae die.		1) <i>Tertia hist. nat.</i> 2) <i>Theophron.</i> 3) <i>Fundamentalis graeca.</i> 4) <i>Tertia</i> — Gedicke. 5) <i>Secunda</i> — Xenophon. 6) <i>Prima</i> — Platon. Dial	1) <i>Calligraphia.</i> 2) <i>Secunda arithmetica.</i> 3) <i>Commentarii rer. polit.</i> 4) <i>Secunda graeca</i> } ut Jov. d. 5) <i>Prima</i> — }	
IV—V.	1) <i>Fundamentalis lat.</i> 2) <i>Historia patriae.</i> 3) <i>Tertia gallica.</i> Gedicke. 4) <i>Secunda</i> — Schmidt. 5) <i>Prima</i> — Schmidt.	<i>Omnia</i> ut Lunae die.		<i>Omnia</i> ut Lunae die.	<i>Omnia</i> ut Lunae die.	

Ordo Examinis.

Lunae dies.

Horis antemeridianis.

- 1) *Rector* actui praefatur latina oratione.
- 2) *Prima* Religionis Classis.
- 3) *Secunda* graeca.
- 4) *Historia* literaria.
- 5) *Prima* latina.

Horis pomeridianis.

- 1) *Secunda* Religionis Classis.
- 2) *Secunda* latina.
- 3) *Logica*.
- 4) *Tertia* graeca.
- 5) *Prima* mathematica.


Martis dies.

Horis antemeridianis.

- 1) *Tertia* Religionis Classis.
- 2) *Tertia* latina.
- 3) *Secunda* historica.
- 4) *Secunda* hebraica.
- 5) *Technologia*.

Horis pomeridianis.

- 1) *Quarta* Religionis Classis.
- 2) *Quarta* latina.
- 3) *Tertia* histor. naturalis.
- 4) *Tertia* gallica.
- 5) *Quinta* latina.
- 6) *Schema* Translocationis cum *Legibus* Scholae.



als auf den Staat seyn. Er wird einer zügellosen
heit, woraus Spaltungen, Sectirerey, Verfol-
d Notten entspringen, mit sanftmüthigem Ernst
hun. Er weiß es, daß die Religion, die Christus
dem Staate gute Bürger, arbeitsame, aufrichtige,
ehrliebe und rechtschaffene Unterthanen verschaffet.
es, daß die so theuer erworbene Bekenntnißbücher
irche eine Schutzwehr unsrer Ruhe und Sicherheit
onsübungen sind. Er wird daher diese gegen alle
ngen in seinen Schutz nehmen. Dem Höchsten
! daß wir noch in so manchem Minister, von dessen
Weisheit und Klugheit die Wohlfahrt ganzer
abhänget, einen Freund Christi, der seiner Reli-
e macht, hochzuschätzen, das Glück und die Freude

dieser Betrachtung giebt mir die milde Stiftung,
thätige Gesinnung Sr. Excellenz des Hochwohl-
en Herrn, Herrn Christian Ulrich von Ke-
— — — gegen unsern Musentempel Gele-
Nach diesem Institut, welches dem Herrn Gehei-
zum unvergeßlichen Ruhm gereichen wird, soll das
t der Reformation des großen Luthers am 31sten
durch eine deutsche Rede, welche der Feyer dieses
maß ist, vor den öffentlichen Lehrstunden dem Höch-
Preise jährlich erneuert, und unter fleißige und ge-
schüler Bücher ausgetheilet werden. Keine Zeit
wohl mehr die Erneuerung dieser Wohlthaten, wel-
seiner Kirche erwiesen, als eben die gegenwärtige,
e von so vielen verkannt werden. Der Herr Ge-
th hatte im vorigen Jahre sein funfzigjähriges Amts-
auf einem seiner Rittergüter gefeyret, und war
n von dem Allerhöchsten mit vieler Munterkeit des
und Leibes gesegneten hohen Alter von einer zahl-
reichen

